

monem: ita exorsus est: dicens. Quid pulchrius est: quidue honestius: crucem colere. an adulteria. parricidium vel incestum. his assignare quos colitis cum in altero contemptus mortis insigne virtutis sit in altero turpis religio sit obscenitatis magistra: Quid melius est dicere. quod dei verbum manens ut erat ob salutem nostram humanum corpus assumpserit. ut societate mortalitatis nos eueheret ad celum: particepsque nature celestis efficeret. an (ut ipsi asseritis) diuine mentis haustum. ad terrena veneranda caput submittere. et pecudum atque serpentium formis celeste nomen includere: Quo ore christiano credulitatem audetis irridere. dicentium christum filium dei sine sui detrimento. et cepisse esse quod non erat. et manifestasse quod fuerat. cum ipsi animam de celestibus detrahentes: non tantum hominum: sed et pecudum soleatis sepire corporibus: christiana credulitas pro salute mundi deum suum venisse testatur: vos vero innatam animam predicantes. vltro citroque transfertis. Christiana fides que omnipotentiam dei clementiamque venerat consequenter incarnationem dicit deo fuisse possibilem: ita tamen ut non euacuauerit dignationem dignitatem. vos qui animam ex splendidissimo dei fonte manantem. turpiter decidisse iactatis. qui mutabilem et peruertibilem eam. post sui diminutionem audetis asserere: iam illam quoque naturam dominam seculorum. pro anime contumelias impia lingua temeratis. ymago enim que secundum nos naturalem similitudinem sui retinet auctoris. cui vna est ex quo defluit eademque suba. humilitates proprias et iniurias consequentem ad suam originem remittit. Igitur aduertite contumelias animarum. ad patrem ut appellatis earum pro vestra blasphemiam reducere. Crux christi domini dei nostri nobis ingeritur. Rogo. que hoc est religionis obscenitas: Nonne potius est crucem. aut alicuius generis mortem ab iniquis hominibus illatam patienter sustinere: quam ysidis plangere post osirim vagos incertosque discursus: Pudeat queso vos insidiarum typhonis. pudeat saturni fuge et deuotionis crudelissime liberorum. Erubescite parricidium iouis et incestum erubescite raptum eius. et coitum mulierum atque puerorum. Ille (sicut vestri fingunt poete) ad explendum immanissime libidinis furorem. molles dedit in amore vagitus. ille in diane fluxit sinu. ipse amator et precium. ille modulatus ales. ledeos petiuit amplexus. ille in proprium seniens sexum regium puerorum ministris auidus polluit: Hec vos creditis. hec colitis. hec sunt vestrorum ornamenta templorum. Equo (deprecor pro vestra salute) nostra dicta pensate iudicio. Cuncta an nihil libris credenda sunt christiani: Si nihil. nec crucis quoque cui detrahitis nomen agnoscitis. Si vniuersa credenda sunt. cur cum in hisdem libris cruci resurrectio copuletur. passionem diuinam stolido laceratis eloquio: et non statim iungitis cecorum visum. surdorum auditum. claudorum gressum. lepre emundationem. seruiens ambulanti deo suo mare. demonum fugas. resurrectionem mortuorum. et defunctorum ab inferis reditus: Hec omnia scripturis quas interpolatis inserta sunt. et hisdem voluminibus continentur. pro conia maiestatis et mortis vobis odio quo imbuti estis abiecto. inuenietis

ilico et deum verum esse hiesum. et salutis humana gratia fragilem assumptis naturam. Vestram tamen nobis si non pudet: narrate religionem. Sed quas o error infelix poteris referre culturas de tanta re et feditate atque recordia nisi forte (ut audio) fabulas asseritis deorum vestrorum. et obscenitates. et crudelitates. et vanitates. et mortes. regentes eas allegoricis velaminibus. liberum raptum in terram proleptine. semiclerum vulcanum et debilem ignem. in nonne aerem. apollinem solem. dianam lunam. neptunum maria. et libidinum principem iouem etherem interpretantes. Nec post hanc excusationis peccatam. deum sed creaturas precepto creatore suscipitis. Quasi pulchritudo vos elementorum ad suam traxit venerationem. modum fas erat custodire. et optebat mirari tantum nec colere: ne facture venerationis creatoris esset iniuria. Nam secundum istius modi quam vos sequimini ratio est propterea atque pueria. et architecti honor migravit ad domum. et medicis ad remedia conferretur: omnium quoque artificum merita vel laudes. ad opera transferent. Quid ad hec dicitis. ut agnoscamus que sit crucis ridicula vobis ignominiosa profuturum. Hac disputacione conuertentibus inter se pro his oculis. simulque musitantibus: subridens anthonius rursus per interpretem ait. Predicatum namque cuncto vobis episcopi. quoties iusto vniuersae rei tenore calcato. laboris merita. factis magis quam factoribus asstruuntur. Elementa quidem (ut memoravi) ex ipso prospectu sua probant seruitutem. Sed quam vos obseruatione dyalectica necessaria (ut putatis) quoque colligitis. hoc quoque artificio. etiam nos nostram religionem prope latis affirmare. Respondere mihi. Cognitio dei quemadmodum manifestius approbat: prolectionem verborum. an per operationem fidei. Et quid antiquius est. operatio fidei an disputatio per argumenta procedens. Illis ridentibus. firmiore sermonibus operatio est: et haec liquidam de deo cognitio. bene eos et ipse dixisse sentit. quod operatio que ex fide descendit. animi generat affectus: dyalecticam vero ex artificio proponenti sumpsisse oppositiois exordia. Cum ergo ait. operatio fidei animo sitam que habuerit. superflua erit verborum propositio. pro quam procepta sensu nostro credulitatem temptatis euellere. et tamen sepe nostras explicare intelligetias non valetis. Ita solidiora sunt mentis opera: quam sophismatum fraudulenta conclusio. Nos christiani. misterium vite nostre. non in sapia mundi habemus repositum. sed in virtute fidei. que nobis a deo tributa pro christo est. Hac orationis mee veritate. rex quod die que gerunt ordo comendat. vobis impitis et irarum vestrarum ignaris. ad dei cognitioem. eius solum verba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti. in vniuersum orbem quotidie propagamur. vobis vero post aduentum domini nodorie sophismatum defecerunt veritate. Ecce nos simpliciter christi fidei docti. ydolatriam debellauimus. et pro predicatoem ignominiose crucis. aurata tepla ceciderunt. Vos si potestis ostendite. qua pro teptione verborum. gentilitatem christo proponere suaseritis. Per omnes iam terras. verus dei filius christus est agnitus. nihil eloquentia sophismatum. nihil disputatio philosophie. multitudini potest obesse credentium. Crucifixum nominamus. et vniuersi demones quos vos ut deos colitis. rugiunt. atque ex obsessis corporibus ad primum domine crucis signum fugantur